Johann Georg Schelhorns,

der heil. Schrift Doctors und Superintendentens in der des H. R. R. freyen Stadt Memmingen

Ergötzlichkeiten

aus der

Kirchenhiſtorie

und

Literatur,

in welchen
Nachrichten von ſeltenen Büchern, wichtige Urkunden, merkwürdige Briefe, und verſchiedene Anmerkungen enthalten ſind.

Eilftes Stück.

Ulm, 1764.
Auf Koſten Albrecht Friederich Bartholomäi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Innhalt.

CXXXVIII. Zuſatz zu dem CXXX. Artikel von Ochino. Pag. 1141.

CXXXIX. Bernhardini Ochini Antwort auf Claudii Tolomei Brief. 1145.

CXL. Andere Fortſetzung der Nachleſe von Bernhardini Ochini Leben und Schriften. 1160.

CXLI. Ochini Schutzſchrifft wegen ſeiner Abſetzung und Verweiſung aus Zürch. 2007.

CXLII. Fortſetzung der fünften Anzeige einiger raren Bücher meiner Bibliothek. 2035.

CXLIII. Merkwürdiger Stiftungs-Brief Johann Honolds, eines vornehmen Augſpurgiſchen Geſchlechters von A. 1532. 2047.

CXLIV. Andere Nachricht von einigen Handſchriften meiner Bücherſammlung. 2067.

CXLV. Lutheri Handlung zu Gotha mit Bucero und Lycoſthene A. 1537. 2083.

CXLVI. Der Wittenbergiſchen Univerſität Circularſchreiben wegen des Kirchen-Gebets A. 1547. 2089.

CXLVII. Jacobi Zimmermanni, Theologi quondam Tigurini, Epiſtola ad Zach. Conr. ad Uffenbach, Germaniæ, dum viverat, Peireſcium. 2096.

CXLVIII. Zach. Conr. von Uffenbach Antwort auf den vorhergehenden Brief. 2100.

CXLIX. Noch etwas von den Schriften Ochini. 2104.

CL. Caſpar Cruzigers Brief an M. Ambroſium. 2124.

CXXXVIII.

CXXXVIII.

Zuſatz
zu dem CXXX. Artickel von Ochino.

In dieſem Artickel habe ich p. 994. von Ochini Beſtallung zu Augſpurg einige Nachricht gegeben. Hierzu kan ich jetzo ein paar Urkunden beyfügen, die ich indeſſen von hoher Hand erhalten habe. Es ſind zwey Rathſchlüſſe, welche dieſelbe betreffen. Der erſte lautet alſo: Frater Bernhardin Ochinus ſoll ſambt ſeinem Schwager und Schweſter allhie zu wonen vergonndt, dabey auch angezeigt werden, wo er ains Dienſt Geldts begern würde, das ſich ain E. Rate wolle gebürlich halten. Decretum in Senatu den 20. Oct. 1545. Der andere iſt folgenden Inhalts: Auf der Herren Bürgermeiſter Anbringen iſt erkannt, das Herr Bernhardin, welſcher Predicant, ſoll erſucht und angeſprochen

werden, ſich gegen meinen Herren uff etliche Jar in Beſtallung einzulaſſen. So ſoll Jme enntgegen alle Quattember zu Unterhaltung fünffzig Gulden geben werden. Decretum in Senatu den 3. Decemb. 1545.

Hieraus iſt abzunehmen, daß Ochinus damals kein Eheweib gehabt, weil ſonſt derſelben auch wäre gedacht worden, daß ihm hingegen ſein Schwager und Schweſter aus ihrem Vaterlande nachgefolgt, und daß er ſich in das Predigamt in Augſpurg nicht eingedrungen, ſondern von der Obrigkeit ordentlich dazu beruffen worden.

In der Sammlung der Bildniſſe aller Evangeliſchen Prediger in Augſpurg von den erſten Jahren der Reformation Lutheri bis auf das Jahr 1748. welche Johann Friedrich Rein, Kupferſtecher, in 4. herausgegeben, findet ſich in dem erſten Theile num. 38. auch das Bild Ochini mit ſeiner kurzen Lebensbeſchreibung, in welcher unter anderm gemeldet wird, daß die damalige Prediger die Leute ſelbſt ermahnt, ſeine Predigten fleiſſig zu hören. Uebrigens aber iſt dieſelbe voll Unrichtigkeit.

In Augſpurg gab er nebſt denen bereits angezeigten noch zwey kleine Schriften in 4. heraus, zu welchen ihn die damalige betrübte

und

Digitized by Google

und gefährliche Zeiten veranlaßten. 1.) Ain Geſpräch der flaiſchlichen Vernunfft, und ains gaiſtlichen oder glaubigen Chriſtenmenſchen, von den Hendlen, ſo ſich zu dieſer unſerer Zeit zutragen, von Bernhardino Ochino von Senis in Welſch beſchriben, und verteutſcht. Mehr ain kurze Anlaitung, wie man ſich im Gebet üben ſolle. Getruckt zu Augſpurg durch Philipp Ulhart. 2.) Von der Hoffnung aines chriſtlichen Gemüts. Wie dieſelbige jr unzweyfliche Gewiſſenſchaft, durch den Glauben der Allmächtigkait, Weyßhait, Güte, und Barmherzigkait Gottes inn Chriſto beſtendigklich yebe. Durch den gottſäligen, und hochgelerten Herrn Bernhardino Ochino kurz verſchiener Zeit in Italiäniſcher Sprach jm ſelb und andern Gutherzigen zu Troſt geſtellt. Gedruckt zu Augſpurg durch Philipp Ulhart 1547. Ob dieſelbe auch zuvor Italiäniſch an das Licht getretten, habe ich nicht finden können.

In eben dieſem Artickel habe ich p. 1000. herflieſſen laſſen, daß Ochinus in Londen ohne Zweifel zum Italiäniſchen Prediger beſtellt worden ſeye. Nun bin ich im Stande,

einen Zeugen davon anzuführen. Es iſt ſolcher der ſchmähſüchtige Nicolaus Sander, welcher in dem andern Buch de origine ac progreſſu ſchismatis Anglicani p. 349. der Ausgabe, die in dem Preuſſiſchen Ciſterzienſer Kloſter Oliva A. 1690. in 8. ausgefertiget worden, nach ſeiner Art davon alſo ſchreibet: Evocant ex Germania Martinum Bucerum, inſignem hæreticum & apoſtatam, & qui tunc Argentorati exulabant, Petrum Martirem, & Bernardinum Ochinum Italos, aliosque hujus farinæ impuriſſimos apoſtatas plurimos, quos partim Londini in ſynagogis, quas pro omnium nationum ſectariis Edovardi Regis Tutor ibidem aperuerat, collocant; vt dum quisque ſua lingua quotidie concionaretur, noſtri homines & præſertim aulici, mercatores, ac onuſtæ peccatis foeminæ (quod genus apud nos & ubique locorum facillime hac peſte corripitur) Gallicæ imprimis ac Italicæ linguæ ſuavitate & novitate delectati, una cum ſermonis deliciis, quas hæretici præ cæteris in dicendo & concionando conſectantur, hæreſeos ac curioſitatis virus, vel ſponte vel incaute imbiberunt; partim & maxime in Academiis ad liberalium artium linguarumque non ſolum doctarum,

ctarum, ſed variarum nationum vulgarium profeſſionem admiſerunt, ne vlla fraus deeſſet aut diligentia ad iuuentutis deceptionem.

CXXXIX.

Bernhardini Ochini Antwort auf Claudii Tolomei Brief *)

Bernardinus Ochinus Claudio Tolomei

S. D. Difficultas ſumma oblata eſt animo meo cogitanti reſpondere epiſtolae tuae, cum reſpondere quidem omnino decreviſſem. Non quod mihi magnopere quaſi flumen quoddam obſtiterit copioſæ & elegantis orationis, aut moverint animum meum argumentorum firmæ concluſiones, aut quaſi perculerit animum meum eorum, quæ commemorantur, autoritas: Sed quia hominem adeo ſtudioſum nominis mei, & tanto amore me complectentem, reſponſionis diligentia nollem offendi, id quod neceſſario eventurum, niſi & meum factum indefenſum relinquere, & cauſſam prodere omnino

(*) S. das X. Stück p. 1005.

omnino vellem. Sed quoniam humanitas benevolentiaque erga me tua reſponſionem plane flagitat, faciendum ſcilicet eſt, quod cupis, in quamcunque ſane partem ea accipiantur, quae ſum commemoraturus. Atque vt ſequar literarum tuarum ordinem, equidem non miror diſceſſionem meam tibi itemque aliis quibusdam amicis meis, ut inopinatam, ſed admirabilem accidiſſe. Non fuit tamen opus ad iſtum nuntium geſtu abs te indicato, quem vulgus quidem temere edit, docti & graves viri non item. Sed res ſcilicet eiusmodi iſta oblata eſt, quae efficeret improviſa nouitate, & incredibili eventu, ut non eſſes apud te neque mentis compos. Sit ita ſane. Quia vero de re ipſa dicendum eſt, eam quoque conſideremus & diſſeramus, omiſſa verborum declamatoria multitudine, & ex orationis copioſa facultate evolvamus explicando, ut cognoſci plane & liquido perſpici illa poſſit. Sunt igitur duo, quibus te vehementiſſime perturbatum ſcribis: Diſceſſio de loco congregationis meæ occulta, quæ fuga eſſe videatur: & prioris ſententiae vitæque mutatio ac converſio, cui crimen intenditur deſertæ eccleſiaſticae ſocietatis. De his enim aliquid abs

abs te affertur non prorſus contemnendum, cætera, quibus iſta quaſi veſtiuntur, neque roboris quicquam habent, & ſunt, quod pace tua dicatur, levia peneque nugatoria. Diſceſſionem meam, vel fugam ſane repraehendis, tanquam non ſolum temerariam, ſed prorſus illicitam. Temerariam, quæ ſine cauſſa facta ſit, illicitam, quæ contra obedientiae debitum. Nam quod perhibes, fortiorem me eſſe oportuiſſe, neque inani metu usque adeo perturbari, ut famam dignitatemque, denique ſalutem exponerem periculis, iſto abitu: Eſt illud quidem honeſtum, ſed nihilo tamen minus culpa ſemper caruit ſibi proſpiciens ſimulque aliis conſulens timor. Non autem certe inanis metus ille fuit, ſed cum, quod ad me attinet, iuſtus, tum reſpectu ad alios quosdam pius. Non enim dubium eſt, quin ſi in poteſtatem inimicorum redigerer, futurum eſſet, ut variæ & multiplices quæſtiones de me haberentur. Verum ſit iſta timiditas, tanquam fortitudinis laude carens, aliqua ex parte vituperanda, veniam certe, ab amico præſertim, dari æquum eſt imbecillitati meae, & naturæ fortaſſe magis pauidæ, quam eſſet conveniret eo loco conſtituti,

in quem exiſtimatio hominum praeclara me collocaſſet. Neque caret vel formido talis, vel ſecundum Stoicos, cautio, exemplis ſummorum virorum, quæ cum tibi notiſſima eſſe ſciam, non putavi recitatione mea eſſe adiungenda. Atque de clandeſtino abitu hæc dicta eſſe ſatis habeamus, vel ne ille turpis atque improbus omnino, vel aliquo ſaltem modo tolerabilis, & in homine nato non acerbe exagitandus ſit. Cum præſertim ſcriptum ſit: *fugite: & exite.* Quid, inquies, aut unde? Ad ipſum iam, ſerie diſputationis, ulcus deducitur oratio mea, quam tangi neque erit iucundum tibi, neque me delectabit, ſed neceſſitas iſta imponitur, quæ ſemper, ſecundum veterem verſum, habet coniunctum moleſtiæ aliquid: Si quidem alterum eorum, quæ propoſuimus explicandum demonſtrandumque eſt. Ad quod, ſi quid eſſet virium ad amoliendum in illo ſigno abs te deſignato, ut narras, iterum ſcilicet atque iterum idipſum videreris applicaturus eſſe. Sed dicatur veritas, quicunque tandem hac offendatur. Quæ odium illa quidem parit, ut ait poeta, non ad omnes tamen, atque eos modo, qui leves animis ſunt, & voluntatibus pravi, & futiles judicio.

In

Digitized by Google

In quorum numero mea te poni non ſinit perſuaſio de ſapientia virtuteque & gravitate & inprimis amore erga me tuo. Ut igitur & relinquerem cætum eum, in quem profeſſione ſolenni eſſem inſertus, utque mutarem ſententiam animi, & vitæ quaſi curriculum converterem, non ſubita cogitatio, aut cupiditatis alicuius repentinus impetus, aut curioſitatis impulſio, aut ſimilis incitatio quaſi iuvenilis exultationis, cauſſam dedit: Sed diuturna & diligens meditatio conſideratioque eorum, quæ in ſacris literis ad cognitionem veritatis, ſincerique cultus Dei, & ſpem ſalutis noſtrae ſcripta ſunt. Ex quibus unum modo locum recitandum duxi, ex epiſtola ſecunda ab Apoſtolo Paulo ſcripta ad Corinthios, cui ille propheticam implicuit ſententiam. *Ne alterum iugum*, inquit, *ſubeatis cum infidelibus. Quod enim commercium iuſticiæ & iniquitatis? Aut quæ conſonantia Chriſti & Belial? Aut quæ pars eadem fidelis & infidelis? Quæ vero conſenſio templi Dei cum Idolis? Vos enim templum Dei eſtis: Sicut dixit ipſe Deus: Habitabo in eis, & inambulabo, & ero Deus eorum, & ipſi erunt mihi populus. Quapropter exite e medio illorum, & ſeparamini, inquit Dominus, & nihil*

immundum tetigeritis, & ſuſcipiam vos, & ero vobis ut pater, & vos eritis mihi ut filii & filiæ: Dicit Dominus omnipotens. Non dubito, quin ad hæc te rurſum vel ſtupor quidam, vel vehemens indignatio ſit invaſura. Me etiam fortaſſe accuſabis falſæ accommodationis Pauli Apoſtoli præceptionum. Sed ſi, quæ iam coepere partim manifeſto apparere, partim detegi, partim adhuc eruuntur, aſpicere & perpendere voles, nequaquam me perperam ad meum conſilium atque factum Apoſtolicam doctrinam aſſumſiſſe, intelliges. Facis mentionem Franciſci Aſiſſinatis & Bernardini, unius ex grege franciſcano. Utrumque equidem iudico hominem fuiſſe bonum atque religioſum, quærentem commoditatem fugiendi vitia, & exercendi pietatem at que virtutem. Neque me fabula movet ſtigmatum, cuius meminit epiſtola tua. Atque utinam ſuperſtitio non eo usque perverſo ſtudio evexiſſet nomen Franciſcanum, ut fieri aliter non potuerit, quin quaſi præcipitante illo, ruinam fieri horribilem neceſſe eſſet. Quæ iam eſt ante oculos, ut dicitur, & in manibus. Bernardinum autem gregalem, quid dicatur feciſſe, conſequutumque eſſe, ii viderint, qui ſubiectionis & obe-

dientiæ

dientiæ integumento omnes errores occultari poſſet ſperant. Sed hæc omittantur. Te autem hominem doctum eruditumque, & nequaquam incogitantem, & improvidum, illa toties de Catholicæ Eccleſiæ autoritate inculcare miror, quaſi ego exiſtimem quenquam, qui quidem Chriſtianum ſeſe perhiberi cupiat aliam tuendi nominis ſui in vera Dei æterni veneratione & propriæ ſalutis conſervandæ ſpem, niſi in ſanctæ Eccleſiæ Catholica, id eſt, generali congregatione habere poſſe. Cum inter capita fidei noſtræ, quam profitemur, & hoc: *Credo Eccleſiam ſanctam Catholicam*: Et iſta ſit communitas atque univerſitas filiorum Dei, neque extra hanc colatur religioſe Deus æternus, neque in pacis via ad ſalutem contendatur & vitam ſempiternam. Cum autem ſit iſta congregatio atque communitas generalis, & ſicut Græci inquiunt, ſub hoc ſole ubique: Cur tua epiſtola ſequens aſſentationem aliorum, hanc ad Romanam Eccleſiam aſtringit? Unum enim alterum evertit. Cum unum nomen generis, alterum partis ſit. Niſi hoc ſentis: Romanam Eccleſiam tueri Catholicæ Eccleſiæ integritatem. Sicut Catholicum hominem dixere, qui Catholicam fidem ſervaret. Hoc

igitur

igitur iam illud eſt, de quo controverſantur. Neque ulla in diſputatione, per incerta ac dubia ad propoſitae rei confirmationem eſt procedendum. Nam illud de fundata ſupra S. Petrum Eccleſia, & ſucceſſionis inviolabili iure, iam & verbis ſic eſt exagitatum, & reipſa convulſum, ut ruinæ fœdæ ante oculos omnium ſint, etiam eorum, qui in aſſerendo illam poteſtatem & hunc principatum aliquando omnes ſuos, ut dicitur, nervos intenderunt, & iſta ipſa potentia dominatione violenta ſeipſam iampridem labefactavit. Sed cur iſta nemo, inquis, animadvertit, antequam Lutherus, cuius nomen ad faciendam invidiam inculcas, exortus autor fuit turbulentæ & ſeditioſæ defectionis, & variarum ſectarum caput, & licentiæ flagitioſæ ac ſceleratæ princeps, & quæ alia ſimiliter contumelioſe in hominem & doctrinam ſolent dici, (quæ convicia magis eos, qui faciunt, quam, cui fiunt, infamant) Ante hunc igitur cur nemo vitia errataque iſta vidit, notavit, coarguit? Primum, omnium ſunt temporum ſua quædam momenta, & occulto iudicio Dei aliquid accidit ſerius aut citius, ut tunc fieri oportuiſſe unum quodque, cum evenit, ſtatuendum ſit. Et ſecundum proverbium:

Rabioſus

Rabioſus canis antequam obtruncetur, ſuum curriculum conficere debet. Deinde: Omnibus ſæculis aliqui alicubi excitati fuere, & eo inſtructi divinitus robore animorum, ut & falſitati adverſarentur, & pro veritate mortem quoque oppeterent. Non autem epiſtola mihi ſcribenda, ſed magnum multarum cartarum volumen efficiendum eſſet, ſi hiſtorias hac in parte recenſere exequendo vellem. Itaque unum aut alterum, temporum quidem proximorum, & adhuc præſentium indicium reprehenſæ vel inſcitiæ, vel malitiæ Eccleſiaſticæ faciemus. An eos, quos vi & fraude circumventos atque oppreſſos Johannem Huſſum & Pragenſem Hieronymum crudeliter Conſtantiæ interfecerunt, negari poteſt, non monuiſſe docuiſſeque multa utiliter atque pie? quæ in quam partem accepta ſint, exitus oſtendit. In diverſis autem locis ſæpe extitere aliqui partim perſpicue cernentes pernicioſos in Eccleſia, qui uſurparentur cumularenturque errores, partim quaſi per nebulam conſpicientes. Itaque alii aliis de eis diſſeruere apertius liberiusque, nec non tectius atque timidius. Sed nondum venerat illa dies, quæ quaſi ſententiæ divinæ executioni deſtinata eſſet. Oppreſſi igitur omnes

ſunt,

ſunt, & ſicut Prophetis Apoſtolisque & aliis ſanctis viris uſu venit, perfuncti munere quisque ſuo e medio exceſſere. Quid ego dicam de iis, qui noſtra adhuc ætate ſingulari & admirabili propitii Dei beneficio durant atque conſervantur in terris, & fratrum nomen priſcum Eccleſiæ retinent. Nonne in ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ gremio, & veræ religionis cuſtodia, & fidelis pietatis ſtudio, & culpa carentis vitæ diligentia permanent? Poſt & inter tot tamque ſævas tempeſtates exiliorum, ſpoliati dignitate honoribusque, & bonis exuti, multis etiam ex eis nefarie interfectis? Divinæ clementiæ præſidio, perſeverantes in fraterno complexu, & Chriſtianarum obſervationum cura, non per ſeceſſionem ab Eccleſiæ Catholicæ ſalutaribus & religioſis inſtitutis & diſciplina, ſed a Romanæ erroribus ac vitiis, & indies magis ac magis augeſcente vitæ morumque pravitate & improbitate: Quos alii aliis nominibus appellarunt, & ad alios Cœtus adiunxerunt, cum ſit iſta ſancta congregatio germana gentis Bohemicæ & profeſſio peculiaris atque propria, Lugdunenſium etiam pauperum nomen impoſitum quibusdam fuit & Valdenſium, quorum in illa vrbe optimorum & veritatis cœleſtis aman-

amantiſſimorum hominum cœtus auctior conſpectiorque, & ab illorum temporum ſuperſtitione turpitudineque adhorrens invidioſior fieri cœpiſſet: Quod offenderetur illud ſæculum tanquam novo & externo cultu uſuque ignotæ ſibi antiquæ pietatis atque integritatis: id quod traditur factum eſſe abhinc annis fere quadringentis. Cum non dubium eſſe videatur, quin ante etiam tempus iſtud, hoc vere Chriſtianum genus hominum occultius vel ibi vel alibi fuerit. Non itaque veluti poſſeſſio quieta, nemine interpellante, in Eccleſia Romana errorum & minime Eccleſiaſticorum facinorum, in ea, quæ jactando oſtentatur, perpetua ſucceſſione fuit. Quæ ipſa ſane audacter prætenditur, ſed ita tamen, ut ſpecies fucatæ formæ appareat. Non ſolet autem veri & recti laus ſerie ſucceſſionis contineri, ſed hominum probitate & virtute. Deinde etiam hoc videndum, quis, cui, in quo munere ſucceſſerit, aut ſuccedat. Eccleſiæ Romanæ præſes, epiſcopus, Papa quoque, fuerit, ſicut vultis, Petrus Apoſtolus. Fuere poſt hunc alii deinceps pietatis, religionis, fidei, ſanctitatis ſplendore eminentes. Dicas, ſi audes, ſucceſſores eſſe horum quosdam ſuperioris & noſtri temporis, quos tibi in

in mentem venire ſcio, & cogitari abs te, quam a me nominari malo. Nugæ ſunt iſtæ, neque cum gravitate ſeriæ de tantis rebus diſputationi immiſcendæ. Pueros parvulos cum ſibi induunt patrum veſtimenta, pileos imponunt capitibus, cingula circundant, deridere ſolemus, & ex illis ineptiis interdum riſum captamus. Cum vero arma etiam incipiunt contrectare, tanquam ea quoque geſtaturi, tunc increpari illi ſolent, & niſi deſiſtant, flagris abigi. Nam ſi forte fefellerint hoc agentes, detrimentum inde plerumque exiſtere reperitur. Ludant ſane iſta ſucceſſionis diſſentanea & ſibi haud congruente applicatione, quibus facere id libet, Eccleſiæ ſanctæ divinam autoritatem ne attingant, neve expediant ad perniciem nominis Chriſtiani, Neve pueri gladios, prohibente proverbio, tractent. Quocirca ad rei explicationem nihil habet momenti iſta nominum ingeminatio: *Eccleſia*, *Eccleſia*. Similis ei, quod eſt apud prophetam: *Templum Templum Domini*. Non eſt a nobis facta diſceſſio ab Ecclefia, ſed ab Eccleſiæ nomen prætendente impietate & ſuperſtitione: Non ad opinionum licentiam & vitæ diſſolutionem, ſed veritatis cognitionem & ſtudium diſciplinæ.

plinæ. Neque me fugit, ubique gentium atque locorum adhuc, rebus quaſi fluctuantibus, eſſe & erroris aliquid, & confidentiæ plurimum, & diſſidiorum nonnihil, & multos abuti gratiæ favorisque & clementiæ divinæ præconio, quod eſt Evangelium, ad libertatem carnalem. Sed hominum vitia hæc ſunt, quæ & commota ſunt & corroborantur eorum negligentia, qui, cum præſidere velint, & dominari non dubitent in Eccleſia, neque caverint, ne doctrinæ cæleſtis puritas contaminaretur, neu vitæ ſanctitas amitteretur, neque indicatos errores peccataque demonſtrata corrigi emendarique ſtuduerunt, quique vel muſſitantes de his omni extremæ ſævitiæ genere ſunt perſecuti, & idem faciunt indies crudelius. Quid igitur aliud facis, cum rem ipſam inexquiſitam & ambiguam relinquas, illam cantilenam ſolummodo accinens de Eccleſia Romana tanquam Catholica, quæ errare nunquam potuerit vel verbis vel factis, & huc attrahis ſpecioſas de Eccleſiæ ſanctitate ſententias: Quid aliud, inquam, facis? niſi quod ii, qui in lucernis fungos ſtudioſe promovent, ut luceant, ſed olei nihil affundunt. Neque enim hi ita lumen conſervant, neque tu quicquam, talia ad

iſtum modum ingerendo, proficis. Nam me certe non putaſti veluti puerum terribili quadam ſpecie, iſtius mentionis obiectione perculſum iri, & eſſe trepidaturum. Eſt enim hoc abs tua de me indicata exiſtimatione alienum. Reſtat, (non enim plura ad congeſta in tuis literis reſcribendum arbitror) ut epiſtolam meam brevi reſponſione concludam, ad ea, quæ fideli animo ſubiiciendo admones: Ne vel pergendo, vel iterando doctrinæ prioris ſignificationem, longius abeam, ſed tam loco, in quem pervenerim, conſiſtam, quam ſilentii cuſtodia ſpem reditus conſervem. Ego vero. ſi non poſt diligentem cogitationem & deliberationem diuturnam in hanc viam me dediſſem, & iſtud cepiſſem conſilium, poteram moveri amici admonitione. Nunc vero eo res proceſſit, ut vota preces-que tantum mihi relinquantur: Ut perficiat Deus æternus id, quod inchoavit. Perſuaſum enim mihi eſt, hoc eſſe opus divinum, cum nihil mihi ſit propoſitum, niſi ſtudium veritatis, & Chriſtus ſe eſſe veritatem pronuntiet. Iter igitur hoc meum peregrinationis Chriſtianæ ego commendo & committo ipſi, orans toto pectore, ut æterni ipſe Dei patris coæternus filius largiatur

mihi

Digitized by Google

mihi Spiritum Sanctum ducem ad veritatem univerſam, neque ſinat me ab hac aberrare, & ita ei ſervientis omnia conſilia omnesque actiones meas ubicunque locorum ac gentium dirigendo perducat ad gloriam & laudem ſanctiſſimi nominis ſui, & Eccleſiæ ſanctæ aliquem non infructuoſum uſum, De quo invoco ardentibus precibus miſericordiam eius, eidem commendans tuam meorumque popularium cunctorum ſalutem, converſorum ad ſimilem curam veritatis, & fugam falſitatis, ut vera pietate & religione colentes Deum in fide Jeſu Chriſti aſſequantur finem huius: quæ eſt ſalus animarum. Confidoque has preces meas & veriores certioresque & magis religioſas atque pias eſſe, quam illas tuas, quarum in fine epiſtolæ tuæ meminiſti. Nam ſcio ego, ad quem illæ fiant, & quid petam nequaquam ignoro, cum quidem & de luce accendenda, & ferendo auxilio generalis ſententia recte abs te poſita ſit: Sed videndum cavendumque tibi, ne lucem voces, quæ tenebræ ſint, neve auxilium ad ea expetas a Deo, quæ ſunt contraria Deo, & ab ipſo non adiuvari, ſed impediri, non extrui, ſed deſtrui, non diligi, ſed in odio apud eum eſſe ſolent, Vale.

 CXL.

CXL.

Andere Fortſetzung der Nachleſe von Bernhardini Ochini Leben und Schriften.

Ochinus begab ſich auf ſeiner Flucht aus Engelland zuerſt nach Straßburg, und hierauf nach Genf. Allda kam er den Tag nach des unglückſeeligen Serveti Verbrennung, und alſo A. 1553. am 28. Oct. an. Wir leſen dieſes in der überaus raren Schrift, welche unter dem Titel: Contra libellum Calvini, in quo oſtendere conatur, Hæreticos jure gladii coercendos eſſe, zuerſt A. 1554. herausgekommen, und hernach durch Veranſtaltung der Arminianer in Holland A. 1612. in 8. wieder aufgelegt worden. Daſelbſt heißt es in dem Bogen A. und deſſen sechsten Blatt: Bernardinus Ochinus redux ab Anglia Genevam pervenit poſtridie, quam Servetus combuſtus eſt: ad eum venit quidam, qui ei mortem Serveti narravit. Bernardinus vero ita locutus eſt, ut appareret, ei non probari factum, quæ res eum reddidit inviſum.

Vielleicht

Vielleicht war dieſes die Urſache, daß er ſich nicht lange zu Genf aufgehalten, ſondern ſich bald wieder nach Baſel verfüget, wo er noch alte Freunde antraffe, und die beſte Gelegenheit hatte, durch Herausgebung einiger ſeiner Schriften, welche meiſtens zuerſt in Baſel gedruckt worden, ſeinen ehrlichen Unterhalt zu erwerben. Allda erhielt er A. 1555. einen ordentlichen Beruf nach Zürch zu der Italiäniſchen Gemeinde, welche von **Locarno** daſelbſt aufgenommen worden.

Dieſes iſt eine von den vier welſchen Vogteyen, welche Maximilian **Sforzia**, Herzog zu Mayland, A. 1513. den Schweizeriſchen Cantons für ihre geleiſtete Kriegsdienſte abgetreten. Daſelbſt fieng ſchon A. 1531. ein Carmeliter-Mönch, Balthaſar **Fontana**, an, den Saamen des Evangelii auszuſtreuen (a). Johannes **Beccaria**, ein Schullehrer, ſetzte, was jener angefangen, ſeit dem Jahr 1536. zwar unter vielen Verfolgungen, doch nicht ohne Seegen fort, und wurde dahero von einigen Locarnenſium Apoſtolus genennet (b).

(a) S. Joh. Jac. Hottingers Helvetiſcher Kirchengeſchichten III. Theil p. 559.
(b) l. c. p. 762. 786.

Endlich aber kam es ſo weit, daß die Anhänger der Evangeliſchen Lehre bey dem Anfange des Jahrs 1555. den Wanderſtab ergreiffen, und emigriren mußten (c). Sie beſtunden aus 60. theils adelichen Familien, die 210. Perſonen ausmachten. In Zürch wurden davon 133. liebreich aufgenommen, und weil ſie die Landes-Sprache nicht verſtunden, ſo verordnete zuerſt die daſige Obrigkeit, ihren ehemaligen Lehrer **Beccaria** zu ihrem Prediger, hernach aber auf ihr eigenes Anhalten unſern **Ochinum**, welcher ſchöne Zeugniſſe mit ſich gebracht, und nachdem er ein geſundes Glaubensbekentniß abgelegt, und eidlich verſprochen, den Gebräuchen der Kirche und den Ordnungen des Synodi ſich zu unterwerfen, den 13. Junius in ſein Amt eingeführt wurde (d).

Der bekannte Basliſche Theologus, **Simon Sulzer**, hat in einem merkwürdigen Briefe A. 1555. den 25. Febr. ſeinem vertrauten Freunde, D. Johann **Marbach** zu Strasburg, Nachricht von dem Schickſale dieſer Gemeinde gegeben, welche ich aus der raren Fechtiſchen Sammlung der an die **Marbache** geſchriebenen Briefe p. 46. ſqq. hier

(c) l. c. p. 818.

(d) l. c. p. 819.

hier mittheilen will, damit man dieſelbe beſſer kennen lerne. Ne inanes prorſus ad te dem, libet hiſtoriam de Inſubribus noſtris Locarnenſibus ob Evangelium Chriſti afflictis paucis perſcribere. Locus is eſt 12. ordinibus Helvetiorum ſubditus, in quo jam ab annis aliquot emerſere aliquot viri, pietate & doctrina præſtantes, & Ludimoderator idem oppidi, qui doctrinam puriorem privatim profiteri, & ſpargere coeperunt. Idque tanto ſucceſſu, ut plures ſubinde religioni puræ accederent, & ſacra Papiſtica palam averſarentur; Res ea ad Helvetios delata non levem controverſiam peperit inter ordines, aliis pœnam in illos decernentibus, aliis vero approbantibus, ſicut par erat, optimam cauſam, ut ad arma etiam quidam ſpectarent, a Pontifice nimirum ſtantes, propterea quod numero ſuffragiorum ſuperiores, in communes ſubditos ex foederum conditionibus pro ſuo arbitratu, quod decreviſſent, exequi conarentur. Sed interpoſuere ſe quidam ex aliis Helvetiis arbitri, eamque moderationem conſtituerunt (ſi modo eam adpellationem meretur) ut liceat Evangelicis, ſiquidem conſuetæ religioni, quam falſo vocant, veteri nolint acquieſcere, rebus ſuis ſalvis iis ex

ex locis excedere, atque alibi in Helvetiis, ubi liceat habitare. Quare 15. Januarii cum octo ordinum Helveticorum Legati Locarnum veniſſent, executuri ſententiam poſtremis Comitiis Badenſibus ab Arbitris latam, primi præfecturæ ejus officiarii, teſtati ſunt, ſe, ut hactenus, uſitatæ religioni adhæſuros, eos ſecuti ſunt, & alii aliquot ex vulgo, idemque teſtati. Cæterum a meridie diei ejusdem, veritatis confeſſores præſto fuere, ordine longo, binis viris, binisque mulieribus, invicem comitantibus, una cum pignoribus ſuis, quos partim manu ducebant, partim geſtabant ulnis (miſerabile ſpectaculum) futurum ſperantes, ut fidei ſuæ rationem, quod & unice poſtulabant, primi inter ipſos, nobilitate, doctrina, & virtutibus clariſſimi, rationem redderent. Verum cum reſponſum eſſet, id non agi nunc, ſed ut aperte declararent, an nova (quam per calumniam vocant) fide deſerta veterem vellent amplecti? &c. Nihil illi immanitate ſententiæ fracti aut territi, reſponderunt, ſe eam, quam tenerent, religionem, ut veram ſanctam & Catholicam agnoſcere,

(†) Aus obigem erhellet, daß dieſer Entſchluß geändert worden, weil der gröſte Theil nach Zürch gekommen,

agnoſcere, & in ea proinde ſe gratia Servatoris Chriſti adiutos perſeveraturos eſſe usque ad mortem, & quod imperatam emigrationem attineret, animis æquis usque ad Bachanalia, exilio pro Chriſti nomine ſuſcepto, patriam quamlibet gratam relicturos. Nomina ſua ſcripta dederunt, quæ fuerunt 210. Acceſſit huic incendio fax a Pontifice Romano ſubmiſſa, Octavianus Epiſcopus Taracinus, qui hos furores, quos zelum vocavit, pro fide, ſede Catholica, etiam ad cœlos usque vexit, & ut idem deinceps facere pergerent, ſtrenuus hortator extitit. Adeo nihil ſibi faciunt reliqui Satanæ Apoſtoli, ad ſubvertendam veram pietatem, numinisque ſui Antichriſtici confirmationem, manu tamen Domini frangendi, & reportaturi mercedem, æternam confuſionem. Cæterum habituri ſunt hi exules Chriſti locum apud Rhetos, (†) & propter vicinitatem, & linguæ ejusdem commercium oportunum, adde & religionis veræ in eadem regione quotidianum incrementum: quod tanto auguſtius futurum eſt indubitato, quod hæc ſemina ad ipſos

 trans-

gekommen, die übrige aber, wie Hottinger berichtet, nach Baſel, Bern, jedoch auch einige in das Valtelin.

transplantata ſuos fructus dabunt, ex Domini benedictione. Miſſus & ad eos inquiſitor erat Monachus, ut cum Epiſcopo Curienſe conſilia architectaretur, in remoram Evangelii, ſed fruſtra. Quandoquidem Rheti publicis ſolennibusque Comiciis Epiſcopo imperarunt, ut e veſtigio, quem dixi, inquiſitorem ablegaret, quod cum faceret, & Monacho metuens, Capitaneum, primæ nobilitatis autoritatisque virum, ſingulare Papiſticæ ſuperſtitionis fulcrum, ei deductorem adjunxiſſet, fatali quodam caſu, is cum equo proſtratus, cum vix urbe egreſſus eſſet, & in terra provolutus, attritusqne, nemini opem ferre valente, ad Epiſcopum deportatus eſt, & a biduo vitam cum morte commutans ingentem Epiſcopo ſacrificisque luctum dedit, quod velut altero brachio ſibi jam eſſe deſtituti videantur.

Dieſer Gemeine ſtund Ochinus nicht nur mit aller Treue, bis auf die Zeit, da er von Zürch verwieſen worden, vor, ſondern zierte auch ſein Amt mit einem Exemplariſchen Wandel, ſo, daß auch ſeine nachmalige eifrigſte Gegner hierinn nichts an ihm auszuſetzen fanden. Er wollte derſelben ein Denkmal ſeiner Liebe und Vorſorge hinterlaſſen, und gab zu dieſem Ende A. 1561. in 8. zu

Baſel in Italiäniſcher Sprache einen Catechiſmum unter dem Titel heraus: *Il Catechismo, o vero Inſtitutione chriſtiana di M. Bernardino Ochino da Siena, in forma di Dialogo. Interlocutori, Jl Miniſtro & Jlluminato. Non mai piu per l'adietro ſtampato.*

Er füllet ohne die Vorrede 313. Seiten aus. Dieſe iſt an ſeine geliebte Gemeine gerichtet, und folgenden Inhalts.

Bernardino Ochino alla Chieſa Locarneſe, che è hora in Zuricco, deſidera ſalute da Dio Padre noſtro, & dal Signor noſtro Gieſu Chriſto

Provandomi per la età gia preſso a morte, ſi come viuendo mi ſono ingegnato di far qualche beneficio alla mia amantiſſima Chieſa Locarneſe, coſi deſiderando anco di giouargli dopo la mia vita, mi riſoluei a ſcriuere in un piccol libretto. Quale debba eſser la vita di un buon Chriſtiano, con laſſare da parte tutte la difficultà che non ſeruano alla ſalute, acciοche in eſso, come in un piccol compendio, poteſseno vedere i miei Locarneſi la dritta via che conduce al cielo. Et perche ho condotta mediante la diuina gratia, queſta operetta al fine, quanto ſo & poſso, vi eſorto a leggerla & rileggerla ſpeſso

ſpeſſo con mettere in eſſequutione tutto quello che vi trouerete eſſere utile & neceſſario per viuere ſantamente, accio che viuendo a Dio & a ſuoi Eletti, siate felici in questo mondo per gratia & poi per gloria. Et coſi ſia!

Das iſt:

„Bernhardinus Ochinus wünſchet der Lo„carneſiſchen Gemeine, dermal in Zürch, Heil „von Gott, unſerm Vater, und von unſerm „Herrn Jeſu Chriſto.

„Da ich aus meinem Alter wahr„nehme, daß nunmehro die Zeit meines Ab„ſchieds bald vorhanden ſey, ſo habe ich „mich entſchloſſen, gleichwie ich in meinem „Leben mich befliſſen, meiner liebſten Ge„meine von Locarno eine Wohlthat zu er„weiſen, und alſo auch nach meinem Leben „ihr noch nützlich zu ſeyn wünſche, ein klei„nes Büchlein zu ſchreiben, wie das Leben „eines rechten Chriſten ſolle beſchaffen ſeyn, „und dabey alle Schwierigkeiten auf die „Seite zu ſetzen, welche nicht zur Seligkeit „dienlich ſind, damit in demſelben, als in „einem kurzen Begriffe, meine Locarneſer „den rechten Weg, der zum Himmel führet, „ſehen mögen. Und nachdem ich vermittelſt „der göttlichen Gnade dieſes Werklein zu

„Ende

„Ende gebracht, ſo gut ich weiß und kann, ſo
„ermahne ich euch, es zu leſen, und oft
„wieder zu leſen, nebſt Ausübung alles deſ-
„ſen, was ihr darinn nützlich und nothwen-
„dig finden werdet, zum heiligen Leben, da-
„mit ihr, indem ihr Gott und ſeinen Auser-
„wählten lebet, glückſelig ſeyet in dieſer Welt
„durch die Gnade, und dort durch die Herr-
„lichkeit. Es geſchehe alſo! „

Petrus Martyr, damaliger Profeſſor Theologiæ zu Zürch, war zweifelsfrey als ein gebohrner Italäner auch ein Mitglied dieſer Gemeine, wie denn ihm Ochinus nebſt den Aelteſten derſelben auf ſeinem Todbette beygeſtanden, welches Joſias Simler in deſſen Lebensbeſchreibung bezeuget. Ihre Freundſchaft fieng ſich ſchon in Italien an, und daurte bis in den Tod. Beyde hatten zugleich mit einem wohlgefaßten Muth, und nach reiffer Ueberlegung um der Religion willen ihr Vaterland mit Hintanſetzung der Ehre und Vortheile, die ſie darinn genoſſen, verlaſſen. Beyde giengen miteinander nach Engelland, und mußten bald nach einander aus dieſem Reiche wieder aus einerley Urſache entweichen: beyde kamen endlich in Zürch wieder zuſammen, und brachten ihre letzte Lebens-Jahre in einer Kirche und

Gemein-

Gemeinſchaft miteinander zu, bis der Tod Martyris eine Trennung zwiſchen ihnen machte. Man findet nicht die geringſte Spuren, daß derſelbe, oder ein anderer Zürchiſcher Lehrer etwas an Ochini Catechismo ausgeſetzt.

Dieſer iſt ſo rar, daß Struve, und andere an ſeinem Daſeyn gezweifelt, welches vornemlich daher gekommen, weil Bzovius, und einige ſeines gleichen, auf deren Treue man ſich in ſolchen Sachen nicht veſt verlaſſen kan, vorgegeben, er ſeye erſt A. 1591. (*) da Ochinus ſchon ſieben und zwanzig Jahr todt war, gedruckt worden. Ich habe ehemals ſelbſt das Exemplar der Schwindeliſchen Bibliotheck in Händen gehabt. Von andern Exemplaren kan Herrn Vogts Catalogus hiſtorico-criticus librorum rariorum p. 490. nachgeſehen werden.

Daß Ochinus ſonſt in Zürch in gutem Anſehen geſtanden, erhellet daher, weil er zu wichtigen Berathſchlagungen des Zürchiſchen Kirchen-Raths mitgezogen worden. Z. E. Als der Marcheſe del Vico, Galeacius Caracciolus, welcher wegen der Religion aus Italien mit Hinterlaſſung ſeiner Gemahlin und

(*) Vermuthlich iſt durch einen Druckfehler aus 1551. 1591. entſtanden.

und Kinder nach Genf ſich begeben, jene nach Anwendung aller möglichen Mittel auf keine Weiſe bewegen konnte, ihm zu folgen, und er auſſer der Ehe ohne Verletzung des Gewiſſens zu leben ſich nicht getraute, ſo hohlte er von dem Zürchiſchen Conſiſtorio ein theologiſches Bedenken ein, ob er mit gutem Gewiſſen zu einer andern Ehe ſchreiten könne, welches A 1559. den 18. May mit Bejahung ausgefertiget worden. Daſſelbe hat nun auch, nebſt Heinrich **Bullingern**, und Petro Martyre Vermilio, **Ochinus** als Locarnenſis Eccleſiæ Miniſter durch ſeine Unterſchrift beſtätiget. Man findet es in dem Anhange des achten Tomi aller theologiſchen Werke Hieronymi Zanchii f. 7. der Genfiſchen Ausgabe von A. 1619.

Dahero iſt nicht zu zweifeln, daß er auch mit Antheil gehabt an zweyen theologiſchen Gutachten, welche zu Zürch durch Chriſtoph Froſchover A. 1561. in 8. unter dem Titel gedruckt worden: Epiſtolæ duæ (†) ad Eccleſias Polonicas, Jeſu Chriſti Evangelium amplexas, ſcriptæ a Tigurinæ eccleſiæ

(†) Daß dieſe zwey Sendſchreiben heut zu Tag ſelbſt in der Schweitz ſehr rar ſeyen, bezeuget Herr Füßlin in einer Anmerkung zu einem Bullingeriſchen Briefe in der von ihm herausgegebenen Centuria Epiſtolarum, p. 371.

cleſiæ miniſtris, de negotio Stancariano, & mediatore Dei & hominum Jeſu Chriſto an hic ſecundum humanam naturam duntaxat, an ſecundum utramque mediator ſit. Denn bey beyden iſt die Unterſchrift : Paſtores, Concionatores, & Profeſſores, Miniſtri eccleſiæ Tigurinæ &c. Das erſte iſt geſtellt an Felicem Crucigerum, Superintendentem Eccleſiarum minoris Poloniæ, omnesque per Poloniam & Ruſſiam fideles Eccleſiarum Miniſtros A. 1560. den 27. May : das andere ad magnificos quosdam Nobiles in Polonia Viros A. 1561. in dem Merz-Monat.

In dem andern vertheidigen ſie das erſte, und führen es weitläuftiger aus, weil daſſelbe von einigen in Pohlen übel ausgedeutet, und ihnen daraus gefährliche Meynungen wider ihren Sinn boshaftig aufgebürdet worden. Unter andern legen ſie demnach hierinn ihr Glaubensbekenntniß von der H. Dreyeinigkeit ab p. 12. Nos ut ſentimus, ita prædicamus, docemus & ſcribimus, tres eſſe divinas perſonas, Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, conſubſtantiales, æquales, & eiusdem eſſentiæ, utque ſunt eiusdem naturæ, ita etiam unam voluntatem habent, & operationem, quod tamen accipi volumus incolumi perſonarum proprietate:

non

non enim Filius generat, ut Pater, neque Pater mittitur, ut Filius, neque Pater & Spiritus Sanctus inſtar Filii carnem humanam ſumſerunt. Hic eſt de beatiſſima Trinitate noſtrarum Eccleſiarum ſenſus atque profeſſio.

Und hernach p. 15. Noſtras eccleſias teſtamur unanimi ac firmo conſenſu tria ſymbola, Nicænum ſcilicet, Apoſtolicum, & Athanaſii amplecti: hoc uno nimirum nomine, quod literis divinis pulcherrime congruant. Recipimus item Concilium Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum prius, & Chalcedonenſe, nec non quintam & ſextam Synodum, quatenus de beatiſſima Trinitate, incarnatione Filii Dei, ac redemtione humani generis per ipſum parta decreverunt, quod nobis compertum ſit, nihil ibi vel definitum vel conſtitutum, quod a ſcripturis divinitus revelatis non doceatur.

Zuletzt fügen ſie p. 51. folgende Erinnerung bey: E diverſo alios fratres, quos de mediatore bene ſentire arbitramur, ſedulo monitos volumus, ut ab illis diligenter & ſummo ſtudio caveant, qui Arium clanculum fovent. Habent utique apud ſe nonnullos hujus generis homines, qui

ſuæ perverſæ fidei de Trinitate alicubi non obſcurum indicium dederunt. Ii, ut ſunt aſtuti homines, cum fratribus noſtris recte ſentientibus facere ſe aſſimulant, iactando ſe ambabus ulnis amplecti Chriſtum quoad utramque naturam eſſe mediatorem, ſed ex altera parte cum Stancaro ſentiant, inde concludi, Filium eſſe minorem Patre, quod, etſi publice non dicunt, ſuis tamen conjuratis, & ſimplicioribus, quos corrumpere ſtudent, id perpetuo ingerunt, quaſi vicerint. Proinde cum hoc argumentum quaſi palmarium habeant, illis omnibus modis occurrendum eſt, non quidem negando, quod verum eſt, Chriſtum eſſe mediatorem quoad utramque naturam, ſed oſtendendo verbis quam apertiſſimis, inde non conſequi, Filium eſſe a Patre diverſæ naturæ, vel eo minorem: & prædicando frequenter ac ſerio, in una eſſentia divina tres eſſe perſonas diſtinctas, quæ tamen ſint æquales & conſubſtantiales: & in Chriſto duas eſſe naturas, proprietatibus quidem ſuis diſtinctas, & nihilominus in eadem hypoſtaſi quam coniunctiſſime unitas. Id erit ὀρθοτομεῖν, & paci ac ædificationi eccleſiæ plurimum conducet.

Weil

Weil nun damals Ochinus unter die Zürchiſche Kirchendiener gehöret, in deren Namen dieſe zwey theologiſche Bedenken ausgefertiget worden, ſo kan man billig den Schluß machen, daß er zu derſelben Zeit in der Lehre von der Heil. Dreyeinigkeit, und alſo auch von der wahren Gottheit Chriſti, mit daſiger Kirche übereingeſtimmt, und die gegenſeitige Irrthümer verworfen.

Bishero habe ich mit vielem Vergnügen meine Nachleſe angeſtellt, ich bedaure aber, daß ich das Ende derſelben mit unangenehmen Nachrichten machen muß. Sein letztes Werk verurſachte ihm die traurigſte Schickſale. Er wurde deswegen ſeines Amts entſetzt, zur rauhen Winterszeit mit vier Kindern von Zürch, und hernach auch von Baſel vertrieben, und genöthiget, bis in das entfernte Königreich Pohlen, und von dar in Mähren ſich zu flüchten; ein Mann, der wie ein Ball auf der Welt hin und her geworfen worden, der bereits 76. Jahre erreichet, und die Beſchwerlichkeit und Schwachheit des Alters empfindlich fühlte, der mit ausnehmenden Gaben ausgerüſtet ware, und der Reformirten Kirche durch ſeinen Beytritt bishero Ehre brachte.

Es ſind ſeine XXX. Dialogi, in duos libros diviſi, quorum primus eſt de Meſſia, continetque dialogos XVIII. ſecundus eſt, cum de rebus variis, tum potiſſimum de Trinitate, die ihn ſo unglücklich gemachet. Sie traten A. 1563. zu Baſel aus der Preſſe Petri Pernæ in 8. an das Licht, und ſind von Sebaſtian **Caſtalion** aus der Italiäniſchen Sprache in die Lateiniſche überſetzt worden.

Welſch ſind ſie niemals herausgekommen, obgeich **Sandius**, **Struve**, **Bayle**, **Niceron**, und andere es geglaubt haben. **Ochinus** ſelbſt verſichert in ſeiner Schutzſchrift das Gegentheil, und man wird keine einige Bibliotheck anzeigen können, in welcher ein Exemplar davon in Italiäniſcher Sprache anzutreffen.

Das erſte Buch iſt durch folgende ſchöne Zuſchrift einem Grafen von Bethford zugeeignet.

Illuſtriſſimo D. F. Comiti Bethfordiæ Bernardinus Ochinus omne verum bonum a Deo patre per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum exoptat.

Credo ego nihil ſacris literis contineri, cuius cognitio nobis æque ſit cognitu utilis, ſalutaris & neceſſaria, atque cognoſcere Jeſum eſſe verum Meſſiam. Hoc enim qui credit,

credit, videt in Jeſu ſummam innocentiam, charitatem, poteſtatem, authoritatem, ſummumque religionis ſtudium, & ſpiritum, denique virtutes dotesque univerſas inter ſeſe coniunctas, & easdem omnibus numeris abſolutas: quales ei Moſes, ceterique vates aſcripſerunt. Videt præterea eius admiranda opera ab illis prædicta, utque nos Evangelio, & morte, ſpirituque ſuo illuſtraverit, regenuerit, ſpiritualiterque circunciderit, & a ſatanæ ſervitute aſſeruerit, & a peccatis liberaverit, deque omnibus Dei hoſtibus triumphans patri reconciliaverit, & in ſummam perfectionem felicitatemque perduxerit. Hanc ob rem dicit Johannes, qui credit, Jeſum eſſe Chriſtum, eum ex Deo eſſe natum. Dicit & Chriſtus, qui in ipſum credit, eum nunquam eſſe moriturum, non eſſe mortem viſurum aut guſtaturum, ſed æternam vitam adepturum. Igitur cum viderem, quam beatum ſit, hoc cognoſcere, videlicet, Jeſum eſſe Meſſiam, quamque divini fructus inde naſcantur, motus ſum ad ſcribendum quosdam dialogos. Et quia ſcio, quanta ſit tua Chriſtiana pietas, quamque ſis tui ſuaviſſimi Jeſu cupidus, libellum hunc tibi dicavi, quo eum ceu tuum avi-

dius legens, Chriſtum tibi familiariorem charioremque reddas. Quo circa donum hoc boni conſules: & ſi tibi exiguum videbitur, facies (magnum inde fructum pro tuo divino ingenio percipiens) grandius, cæleſtique patri omnem laudem, honorem, gloriam tribues per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum Amen.

Die Dedication des andern Buchs lautet alſo:

Illuſtriſſimo Principi Nicolao Radzivilo, Dei gratia in Olicha, & Nieſuvis Duci Palatino Vilnenſi, Ducatus Lituaniæ, Archicancellario, & ſupremo Mareſchalco Breſſenſi, Chanonenſi, Scaulanenſi, militiæ Imperatori, Bernardinus Ochinus gratiam & pacem a Deo patre noſtro per Jeſum Chriſtum.

Quoniam in reformatis eccleſiis varias exiſtere de Trinitate opiniones audio, judicavi mei eſſe officii, non occultam habere eam hujus rei cognitionem, quam mihi largita eſt divina benignitas, ſed eam ad ipſius declarationem proferre. Et quoniam opinionum hanc varietatem in Poloniæ quoque Eccleſiis emergere audio, quarum tu, pro tuis raris virtutibus, ſingularique pietate, nominatim patrocinium defen-

ſionem-

